Morleio Z1 (13)

In nomine domini anno a nativitate eiusdem Millesimo trecentesimo octuagesimo tertio Inditione Septima die lune vigesimoprimo mensis Septembris Reverendus
vir dominus frater paganus de platis dei et apostolice sedis gratia abbas monastery Sancti victoris ad corpus Mediolani suo nomine et sindicus et sindicario nomine mona
chorum capituli conventus dicti monastery ad hec et alia constitutus ut asserit constare instrumento illius sindicatus tradito per xpoforum balbum notarium Mediolani Anno die et Inditione in eo
Instromento contentis investivit nomine locationis et ficti ad benefaciendum meliorandum et non pevorandum Stefanum de cavrate filium Martini civitatis Mediolani porte vercelline parochie
Sancti martini ad corpus foris pusterlam Nominative de petia una terre que est campus iacente in bravadi dicti monastery de post burgum porte verceline Cui coheret a mane dicti
monastery et tenetur per petrum de pregnana a meridie et a sero strata a monte seduinna dicti monastery et est perticarum vigintiseptem et tabule sedecim per iustam mensuram
Item de una alia petia campi iacente in bravadi dicti monastery penes et extra reffossum Mediolani cui cohet a mane accessium dicti monastery a meridie dicti monastery et tenetur per
Mafiolum de muzano et in parte per Ambrovolum de parasoys a sero strata sancti Johannis ad vepram et a monte Strata reffossi et est perticarum viginti per Iustam mensuram. Eo
tenore quod a festo Sancti laurenti proximo preterito ad annos novem proximos futuros et deinde donec utrique parti placuerit predictus Stefanus conductor nomine locationis habere tenere
gaudere et possidere debeat predictas petias terrarum supius locatas meliorando et non pevorando dando et solvendo Et dare et solvere teneatur et debeat ipi domino
abati suo dicto nomine recipienti fictum pro ipsis petiis terrarum supius locatis omni anno donec presens Investitura durabit et tenebit videlicet pro predicta prima petia campi ad computum
solidorum decemnovem imperialium pro qualibet pertica et pro secunda petia ad computum stariorum duorum et quartary unius furmenti boni pulcri et sicci pro qualibet pertica solvendo omnia in
festo Sancti laurenty cuiuslibet anni quod bladum consignare debeat dictus conductor suis expensis in dicto monasterio vel in civitate Mediolani ubi placuerit ipi domino
abbati ipso domino abbate solvente pedagium hoc acto dicto et pacto spetialiter apposito Inter eas partes quod si ipe conductor cessaverit in solutione dicti ficti per mense
unum post festum Sancti laurenty alicuius anni quod cadat et eo casu adveniente cecidisse Intelligatur ab hac Investitura et a Iure huius Investiture si placuerit ipi
domino abbati suo et dicto nomine et quod nichillominus teneatur ipe conductor ad solutionem ficti temporis preteriti quare predictus Stefanus conductor promissit
obligando se et omnia sua bona tam presentia quam futura pignori ac etiam omnia illa bona que non cadunt in generali obligatione dicto domino abbati
suo et dicto nomine stipulanti et recipienti quod dabit et solvet eidem domino abbati suo et dicto nomine dictos denarios et bladum omni anno ad ipum terminum
ut supra et quod finita locatione tradet et expediet eidem domino abbati suo et dicto nomine vacuam et expeditam possessionem et tenutam predictarum terrarum supius locatarum
cum omnibus expensis dampnis et Interesse que fierent aut paterentur pro predictis omnibus petendis et exigendis vel ab alio mutuandis Renuntiantes ipe partes dictis modis
et nominibus exceptioni non facti huius Instrumenti Investiture et preceptorum et infractorum omnium non vitiatorum et factorum et omni probationi et deffensioni
In contrarium. Que omnia fecit dictus Stefanus conductor Ita quod si aliquo tempore agat vel agi contingerit pro predictis vel aliquo predictorum quod possit ad predicta omnia et singula
omni tempore conveniri Renuntiando causis collocatis et collocandis ferys ordinarys solempnibus et repentinis et cuilibet Interdicto curiarum et quod pro predictis vel aliquo predictorum
dare non possit in soluttum cartas nec notas debiti communis Mediolani factas vel fatiendas nec aliquid aliud quam pecuniam numeratam Renuntiando omnibus statutis
consiliis et ordinamentis communis mediolani factis vel fatiendis per commune Mediolani vel per alia universitate seu singularem persona Inde virtutem habentem
et statuto paticarum et benefitio eiusdem Et constituit dictus Stefanus conductor se tenere et possidere omnia sua bona mobillia et immobillia et Iura pro dicto domino abbate
suo et dicto nomine recipiente et eius nomine Ita quod liceat ei sua auctoritate propria et sine Iuditore et banno vel nontio seu precepto aliquo robare contestare savire sequestrari et in
possessionem Intrare tenere possidere vendere et alienare et insolutum sibi accipere et retinere de bonis rebus et iuribus dicti Stefani conductoris usque ad plenam et completam
solutionem et satisfactionem totius eius unde creditor extiterit pro predictis Renuntiando omni acusationi probationi et deffentioni in contrarium quibus omnibus et singulis ex certa scientia et
ex pacto spetiali Renuntiavit. Actum in dicto monasterio sito extra portam vercellinam Mediolani in parochia Sancti Martini ad corpus Coram petrolo de orsanigo filio
condam curre et nigro litta filio condam domini Johannis Ambobus predictarum porte et parochie notariis Interfuerunt ibi testes dominus presbiter Ambrosius de gulasicha canoni
cus dicte ecclesie Sancti martini ad corpus et filius condam domini Johannis notus et Ambrosius platus filius condam domini folle porte ticinensis parochie Sancti petri
In curte et Johanolus de garbagate filius condam domini abondy porte verceline parochie Sancti Petri Intus vineam omnes civitatis Mediolani vocati rogati et
ydoney

Ego Johanolus filius condam domini Anzoli mastaxoni notarius civitatis Mediolani porte vercelline parochie sancti naboris rogatus tradidi et subscripsi

Ego Franceschus de vaylate filius domini Bertolini porte Cumane parochie Sancti protaxy ad monachos notarius iussu suprascripti scripsi notarii suprascripti

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1853809594-14

Investitura certarum petiarum terre iacentium in brayda sancti Victoris /

9

Morbio 21 (13)

1383 VI/16

Investitura mon(asterii) s(ancti) Victoris ad corpus Mediolani
in Stefanum de Cayrate de duabus petiis
terre in brayda de post burgum p. r.
et est refessum /